Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum VI

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Da ergo michi ut conuerſus ab elacione efficiar
ſicut paruulus et humilis in oculis meis ſicq;
per artam uiam et anguſtam portam merear intra-
re in regnum beatitudinis paruulos quoq; et
humiles ꝓpter nomen tuum ſuſcipiam caritatis
obſequia exhibendo ut te in eis ſuſcipiens a te
ſuſcipiar in celo amen.

De paruulis et puſillis non ſcandalizandis ex-
terius uel contempnendis interius Sexti capitulum

Poſtquam ergo dominus inuitauit
apl'os ab elacione et altitacione
ex ſuſcepcione honoris que hu-
miliantes ſe ipſos percipiunt nunc
reuocat eos ex pena quam quia
q; ex zelo contenderint aut moribus ſcan-
dalum poſuerint incurrunt Nam ſecundum
Criſo. ſicut qui hos honorant ꝓpter deum mer-
cedem habebunt ita utiq; et qui dehonorant
i. ſcandalizant ultimam uindictam ſuſtinebunt
Scandalizat autem qui ſuo dicto uel facto mi-
nus recto occaſionem cuiq; dat ruine in peccatum ac ubo uel
exemplo ꝓpellit ad malum Et primo monet uita-
re ſcandalum actiuum ſiue alienum et poſtea paſ-
ſiuum ſiue ꝓprium ¶ Eſt ſenſus Vos apli nolite al-
tercare de primatu honoris quia ex hoc puſillos
et paruulos non etate ſed fide ac nup conuerſos et
in xpo natos ſcandalizabitis et perdetis Unde
dicuntur puſilli qui a ſuperba altitudine ſe humilia-
tes pacia et humilitate ſponte ſua puſilli fiunt
et paruuli qui adhuc ſunt in fide infirmi et de-
lem ad illicita per mala exempla ꝓuit conuertuntur
Tales autem ſcandalizati non ſunt minores cum
cito ſcandalizantur maiores uero non faciliter
ſcandala i. offendicula recipiunt Recte ergo qui
ſcandalizari pt puſillus dicitur et paruulus eſt quia
nullus ſcandalizatur autem ex dicto uel facto alterius
in peccatum ruit niſi in quantum puſillus et paruus
uirtutis fuit Nam magnus et ꝑfecte uirtutis
i. robuſtus in fide et caritate quicquid uiderit uel
audierit aut paſſus fuit non declinat de facili
a fide et ueritate nec ex dicto uel facto malo al-
terius in peccatum ruit quia ut in ps. dicitur non contri-
ſtabit iuſtum quicquid ei acciderit ¶ Dicat ergo

Qui autem ſcandalizauerit unum de puſillis
iſtis qui in me credunt expedit ei ut ſuſpendatur
mola aſinaria in collo eius et demergatur in profun-
dum maris Mola aſinaria dicitur quam trahunt
et uoluunt aſini uel equi cum rota in molendinis
et per hanc intelligitur quilibet grauis et pon-
deroſus lapis Quaſi diceret multo utilius et
melius eſt innocuum et penitentem eciam nox-
iam grauiſſima pena uitam finire temporalem
quam ſcandalizando et perdendo fratre mortem
mereri eternam et eligibilius eſt temporaliter
affligi quam eternaliter cruciari ubi ſupra Secundum
ritum prouincie loquitur quo maiorum criminum
iſta apud ueteres iudeos pena fuit ut in profundum
ligato ſaxo demergerentur Expedit autem ei quia
multo melius eſt pro culpa breuem recipere penam
quam eternis ſeruari cruciatibus Non enim iudicat
deus bis in idipſum lra ſecundum eos. ¶ Hoc eciam de onere
peccati pt accipi quia expedit ei ſcilicet peccatori ut ſu-
ſpendatur mola aſinaria in collo eius ut demer-
gatur in profundum maris Mola aſinaria e
onus peccati mare eſt amaritudo contricionis
Peccatori ergo magis expedit cum mola aſina-
ria i. graui pena demergi in profundum maris
i. amare et cordialis contricionis quam reſeruari
eterne dampnacioni hoc quilibet diligenter uoluit
aduertere non uidebitur et onus peccati graue ſit ual
de leue ¶ Et ſubiungit Ve mundo i. mundanis
hominibus ab ſcandalis i. ꝓpter ſcandala que fi-
cunt alijs Quia ſi tam graue eſt ſcandalizare
puſillos quod ei qui ſcandalizat unum puſillum ma-
gis expedit mola aſinaria in profundum maris
demergi quod non eſt paruum ne longe maius
ue ſcilicet eternum imminet ipſi mundo i. mundi a-
matoribus et peccatoribus ab ſcandalis ideſt
ꝓpter ſcandala que non cauent nec proximos ſcan-
dalizare timent ac tanta et tam magna in-
ferunt ſcandala ne dum paruis ſed et magis
prelatorum autem et religioſorum ſcandalum
periculoſius eſt et grauius quia eorum ſermo
magis trahitur in exemplum ¶ Et quia
poſſet ab eo queri ſi ita malum eſt alios ſcan-
dalizare quare permittis ſcandala euenire

Respondet Necesse est enim idem expediens et
utile ad aliorum probacionem ut ueniant scandala
.i. bone et deo placentis conuersacionis impedime
ta Et ideo dicit aplus oportet hereses esse ut qui pro-
bati sunt manifesti fiant in uobis Unde Ieron. Si-
cut necesse est ignem calere niuem uero frigere
ita eciam necesse est ut iniquitatis mundi erroribus
plena scandala periat perfectorum uero caritas
pietatis operibus luceat hec Ieron. Non est necessitas
absoluta sed tamen ex suppositione scilicet supposita tanta
ut appet mundi iniquitate Nulla enim necessitas
cogit humana corda esse iniqua que tamen quia i
niqua sunt necessario mouent scandala Unde secundum
Cris. Non destruit libertatem arbitrii neque
necessitati aliquarum rerum supponit sed quod ideo futuru
est predicat Neque enim quia predixit propter hoc fit
sed quia omnino futurum erat propter hoc predixit Scan-
dala quidem sunt prohibitiones iste ue et necesse
est ut ueniant ¶ Sed quia iterum posset argui si
necesse est ut ueniant scandala ergo qui faciunt sca-
dala non sunt puniendi Respondet quod primo dicens
Vetati ue scilicet eterne dampnacionis homini illi per
quem taliter et cuius uicio scandalum uenit
sed tamen sine peccato euitare potest et qui quod necesse est ut
in mundo fiat uicio suo facit ut per se fiat Un-
de ait Criso. necessitas esset non diuisset ue homini
Unde eos miseros dicit qui ex electione pinaciosi fiut
Unde theo. Queritur aliqui si necesse est ut ueniant
scandala cur dominus arguit scandalorum auctores
Quidem enim perit necessitatis ueniale est Sed
attende quod necessitas ista ex libero arbitrio sor-
titur originem Videns enim dominus qualiter homines
innitantur malo nec apponunt aliud bonum dix-
it quod quantum est ex consequencia eorum que ne-
cesse contingere scandala Sicut si medicus
uidens quempiam mala dieta utentem dicat ne-
cesse est hunc egrotare Et ideo inducenti
scandala ue dicit et pena et comminatur Ubi
et Ieron. Cum necesse sit in isto mundo fieri scan-
dala unusquisque suo uicio scandalis patet
Similiter per generalem sententiam percutitur
iudas qui perdicioni animum preparauerit hec
Ieronimus Et si aliquando utile scandalu

quis faciat non tamen iudicabitur a deo secundum utili-
tatem que inde puenit sed secundum citium quod scanda-
lizans intendit Bona fuit crucifixio xpi non
tamen bene fecerant qui eum crucifixerunt i
Semper iudicat deus opus ex nequicia peccan-
cium non ex euentu comodorum inde puenien-
cium que ipse solus facit et utiliter disponit
Ut ait dicit Criso. per scandalizantis pe-
nam brauium saluantis addiscere Nisi enim unius
anime salus esset sibi minimum cure non comina
retur scandalizantibus tantam penam Et melio
ue illi per quem scandalum uenit quia dum
ad ue alios prescitit Sicut enim qui intoxicauet
fontem esset causa mortis omnium potancium
et morencium de eo sic est et de scandalo de
de huiusmodi sic dicit greg. Quanticumque ex
emplum male conuersacionis eciam si illi non sequitur
quis prebuit pro tantis se scit nouerit reddi-
turum Unde et Criso. Si uir aut mulier
se ornauerit et uoluit spectaculum ad se pro-
uocauerit et si nullum inde prouiciat dapnu
iudicium tamen paciet in eternum quia uenenum obtu-
lit et si non fuit qui biberet pulchritudo enim
uenenum animabus infundit Magnum ergo pec-
catum est scandalum et ideo summo opere est
cauendum Unde augustinus magis peccant
qui animas ad peccandum inflammant et deo
subtrahunt quam qui carnem xpi crucifixe-
runt Unde et ysidorus deteriores sunt qui siue doc-
trinis siue exemplis uitam mores quam bonorum
corrumpunt hiis qui substancias aliorum predia que
diripiunt ¶ Deinde quia egit de scandalo acto
quod facimus prohibens ne scandalizemus creden-
tes nunc agit de scandalo passiuo quod patim
monens ut caueamus scandalizantes quia sepe
membrum uel parum in uicio scandalizare et fallere
uel scandalizari et falli Cauendum est igitur
ne quis scandalizetur ab alio uel a se ipso
Alius autem potest prebere materiam scandali
tripliciter aut per adiutorium quod significatur
per manum aut per fauorem quod per pede
aut consilium quod per oculum secundum uero quod
aliquis prebet sibi materiam scandali per

esse uel per actione operaz que per manum
uel per affectum que per pedem uel per cognicoz
que per oculum designatur. Ad fugiendum ergo
peccatum scandali induxit methaphoram membri
et arguit In tantum graue est peccatum scandalizancium quod
si nobis sint coniuncti ut perceptata et carissima mem-
bra corpori sicque sint nobis necessaria ut manus et
pes uel ut oculus quod ipsi qui sic scandalizant et
offendiculum uite ponunt omnino nobis relinquen-
di et fugiendi sunt. Dicit ergo si autem manus
tua i. adiutor tuus quantumcumque tibi utilis que
tibi oppose ut manus ministrat ac pro te operatur
et adiutorem impedit et que te sicut dextera
tua defendit uel pes tuus i. discursor tuus qui
in usus tuos discurrit et te in labore uel sollici-
tudine supportat et ut pes infirma tua portat
scandalizat te i. ledit te in causa anime abscide
eum quo ad affectum ad ipsum rumpendo et proice
abs te quo ad effectum scilicet societatem eius dimittendo
et intelligitur si castigare non potes. Et subdit ro-
dicens. Bonum i. melius est tibi ad uitam ingredi
debilem i. sine pernicioso adiutore uel socio. uel
claudum i. sine pernicioso sustentatore uel auto
et adiutorio ac supportatore istorum priuatum quam
duas manus uel duos pedes habentem i. duo ad
iutoria uel duas supportaciones scilicet tui ipsius et a-
mici scandalizantis mitti in ignem eternum. Et si
oculus tuus i. consultor uel prouisor et guber-
nator ad prospiciendum acutus qui te ut oculus
ducit uel dilectus sicut oculus scandalizat te i.
in errorem uult ducere erue eum separando a
uoluntate et proice abs te separando a societate.
Bonum i. utile est tibi cum in uno oculo scilicet sim-
plici ueritate ue non nisi tuam ipsius prudenciam
ac consilium et gubernationem habeas ad uitam in-
trare quam duos oculos habentem i. duplicem
prouisione uel duplex consilium scilicet tui ipsius et
mali amici mitti in gehennam ignis. Secundum aug.
per oculum intelligimus dilectum amicum consi-
liarium quia oculus iter demonstrat. Quod uero
dexter est intelligitur consiliarius in rebus di-
uinis sinister autem oculus est consiliarius in re-
bus terrenis ut sit iste sensus. Quodcumque illud est

quod ita diligis ut pro dextro oculo habeas.
Si scandalizat te i. si impedimento est tibi ad
ueram beatitudinem erue eum et proice abs te quia
occasiones peccandi sunt fugiende. De sinistro
aute scandalizante superfluum erat dicere quan-
doquidem nec dextro parcendum est. Dextra
aut manus accipitur dilectus adiutor in diuinis o-
peribus que hinc uite et corpori sunt necessaria.
Similiter suo modo est de pede. Et subdit dominus
de ipso igne predicto Ubi uermis i. remorsus et
cauterium consciencie eorum non moritur nec qui-
escit memore rodens et mordens aiaz quod non sit
operata bonum. Unusquisque enim sui ipsius accusa-
tor fiet rememorans que in uita gessit. Ubi
ambro. que pena grauior quam interius uulnus
consciencie. Homine ergo magis fugiendum est quam
mors quam dispendium quam exilium. Et ignis geheme
eternus corpus urens non extinguitur nec de-
ficit. est enim ignis afflictus non consumptiuus
et ideo materia eius semper durabit nec habet
contrarium a quo corrumpi possit. Unde beda
Dicit aut unus est dolor interius accusans
sit ignis pena extrinsecus seuiens. Et est summus
premissorum in summa societatis amicorum
uel necessariorum quantumcumque uideatur ualde tamen
presidenda et remouendi est si sit occasio rui-
ne anime tue. Melius est enim sine huiusmodi ami-
cis uel necessariis esse in paradiso quam habere ta-
les et postmodum esse in inferno. Nichil enim est
quod contra salutem anime debeamus diligere. Unde
Cassiodorus. Iusticia non patrem non matrem no-
uit personam non accipit solum deum considerat
et attendit. Rumpe ergo omnem affectum carna-
lem et separa eum a te si maior et potencior
es si minor separare ab eo et in quantum potes
de uita societatem eius quem castigare nequis
Nichil enim tam nocium ut perniciosa societas
Et ideo inemendabiles qualitercumque amica nobis
uitandi sunt. ne si cum perditis in hac uita par-
tem habere uolumus simul in futura cum illis pe-
reamus. Unde Jeronimus. Melius est ut propinqui-
tate et emolumentis carnalibus careas quam
dum uis tuos lucrificare cognatos et necessarios

casus habeas rumariū scaq; non frat non uxor non filii non amici non omnis affectus qui nos excludere pt a regno celorū amori domini preponat. Nouit cuiusquisq; credencium quid sibi noceat uel in quo sollicitatur animus ac sepe temptetur melius est uitam solitariā ducere q̄ ob uite pntis necc̄ia eternā uitā perdere ii Melius est solum saluum fieri qua perire cū pluribus hec Ieron. Et nō q̄ sm aug. q̄ etiam hoc ipso separantur a quibus separantur q̄ eis mala suadentibus hoc est scandalizantib' nō consentiunt. Sed queritur quid dimittendū est pro scandalo et dicendū q̄ illud de quo queritur aut est malum in se siue mortale aut uenale et de tali non est dubiū quin dimitti debz aut est indifferens et hoc similiter debet dimitti aut est bonū et tunc aut est bonū precepti et hoc homo non debet dimittere quia p uitando pcco alterius nullus debz peccare aut bonū supererogacionis et hoc quamuis possit dimittere pro scandalo alterius non tamē totaliter sz aliqn ad tempus intermittere quia est de uite perfectione et ueritate et si nō necessitate. Unde ueritas uite iusticie et doctrine non est simpliciter scandala dimittenda. Unde est uersus Iusticie uite doctrine scandala cedunt de hoc uide plura in capitulo precedenti. Et nōndū q̄ multas humilitatis excellencias legimus in hoc loco habz enim humilitas excellenciā primo in sanctorū collegio quia est exemplar ppli sci. Unde aduocans paruulum statuit in medio eorum. Secundo in officio quia est ostiaria paradisi. Unde nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnū celorum. Tercio in premio quia est de maioribus regni. Unde quicunq; humiliauit se sicut puulus iste hic maior est in regno celorum. Quarto in primatu seu fastigio quia est uicaria. Unde quis susceperit unum paruulum talem in nomine meo me suscipit. Quinto in uindicta quia est pauiua ultrix opprobrii. Unde qui scandalizauerit unū de pusillis istis expedit ei r̄c. Sexto in hoc exilio quia eius ministri comites et adiutores sunt angeli beati. Unde sequitur uidete ne contempnatis unū ex hiis pusillis quia angeli eorum r̄c. Postqua ergo docuit uitare scandalū consequenter docet uitare contemptum qui est q̄i radix ipsa scandali. Cum auis enim p uitando scandalo dominus omnes carnales affectus precepit respuere non tamē usq; quaq; ut despiciamus illos de quorum salute possumus spem habere de qua sollicitati debemus esse. Unde dat specialem causam non contempnendi pusillos et paruulos sz honorandi et salutē eorū querendi quia ipsi sunt deo multum cari quod ostendit ex duobus dicit q̄ uidete ne contempnatis unū ex hiis pusillis ac si dicat sm Ieron. Quantum in uobis est nolite contempnere sz post uestram salutē etiā illorum querite sanitatē. Si autē p seuerantes in peccatis uideritis melius est uos saluos fieri q̄ perire cum multis. Et primo ostendit hoc ex honorabili angelorum custodia dicens. Dico enim uobis quia angeli eorum i. assignati in celis semper uident faciem patris mei qui in celis est i. uisionem manifestacionis dei perfruuntur. Facies enim dei sm aug. manifestacio eius intelligenda est et ideo pnt renunciare iniurias illatas eis quos custodiunt. Et est sensus a maiori q̄ paruuli non contempnuntur a maioribus scz deo patre celesti et angelis beatis q̄r nec a minoribus scz hominibus miseris debet contempni. Ac si dicat uos illos non debetis contempnere sz honorare quos deus pr celestis sic honorat et dignificat q̄ ad ipsorum ministeriū et custodiam angelos beatos deputat. Non est spernendum ab hoīe quod apud deū tante est cure. Si ergo contempnatis angeli indignabunt et pr meus ulciscetur de uobis. Unde Ieron. Magna dignitas animarum ut unaqueq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Sic itaq; angeli existentes circa ministeriū quia ibi sunt ubi operantur uident deū in celo facie ad faciem. Quamuis enim meditantur tamē uident patrem quia semper deo inherent per apertam uisionē et quia ubiq; deus pns est ideo et in terra eū cernunt. Missi ergo ante dominum sunt quia quocunq; ueniunt intra ipsum q̄ ubiq;

nō sic an gelis

est currunt et cum ad nos ueniunt sic exterius im-
plent ministerium ut tn̄ nunq̄ interius desint ꝑ
cōtemplacōz licet enim mittant in misteriū pro
salute hominū tamē non recedit a cōteplacōe
diuina sꝫ astant deo per otemplacōz iugem et con-
tinuaꝫ Et bene dixit qui est in celis quia licet
deus sit ubiqꝫ per essenciaꝫ pñciaꝫ et potenciaꝫ tn̄
specialit͛ dicit͛ eē in celis ubi adest btīs ꝑ aptaꝫ
uisionem Non ergo debent contempni sꝫ honorari
quos deus sic honorat quia otemptus ipsoꝝ ascen-
dit ad contemptum dei cuius ymaginē habent
In eis eñ otemptis otempnunt͛ angeli eorū minist͛ ꝛ
custodes ¶ Deinde subiungit͛ alia racō sumpta ex
redempcōe xpī Unde Criso· ne dicas ille fab͛ est
ille sartor ille agricola ab angelis qui eis missi
sunt venerabiles fiunt sꝫ q̄ maius est roe redep-
cionis dominice Secundo ergo pusilli nō sunt o-
temp̄nendi sꝫ honorandi quos sic deus dilexit q̄
pro eis qui in adam omnes peccauerunt et peri-
erant saluandis misit filiū suū in similitudinem
carnis pc̄ti Unde ait Venit enim et de celo descen-
dit filius hoīs saluator hominū saluare qd̄ perierat
sꝫ genus humanū non tn̄ magnos sꝫ eciā pusil-
los ac si dicat uos non debetis otempnē et conc͛-
cando perdere quos ego ueni saluare quia ego ꝑ
hoībus homo fieri dignatus sum Unde et aplus
Noli contristare et perdere frēm tuū pro quo xpc
mortuus est Non sunt ergo otemnēdi pusilli
qui tanti sunt apud filium dei q̄ pro eis uenit mōi
Nec debꝫ siue otemnē quos dūs tn̄ dilexit sꝫ ex-
emplo eius omnem curam ut saluent͛ adhibere ꝑ
quibus saluandis dn̄s uenit Et hec racō seu cogi-
tacō sm̄ Criso· maior est pore Graue em̄ est co
tempnere quem deus honorat angelo custode sꝫ gra-
uius xpī cuius salutem dei filius uoluit ī mūdū
uenire ¶ de predictō angeloꝝ ministeīo sic dicit
Bern· fidelis paranimphus qui mutui amoris
conscius sꝫ non inuidus non suā quit sꝫ domini
gloriam discurrit medius inter dilcm̄ et dilcām
uota offerens refereñs dona Excitat istam placat
illum Interdum q̄ licet raro ꝑpresentat eos pa-
rsibi siue hanc rapiens siue illum adducens Quip-
pe domesticus est et notus in palacio nec ve-

retur repulsam et cotidie uidet faciem patris
Unde et Augꝰ· Curia milium ad complendā patris
misteria alac͛ discursu iugiter meant inter celum
et terram quasi apes negocīosē inter aluearia et
flores suauiter disponentes omnia populus accinct͛s
nesciens labem uel inobediencie morum Hec Augꝰ· vi-
des quam fideliter angeli nostri nobis seruiunt
et quam solliciti circa nos sunt Unde magnaꝫ
eis ī reuerenciam debemus et cotidie eos laudāe
et honorare ac eis graciarum accōes referre ni-
hil q̄ illicitum uel turpe in eorum pñcia qui no-
biscum sunt cogitare uel loqui aut operari ad hoc
nos monet Bernhardus dicens Angelis suis man-
dauit de te ut custodiant te in omnibus uiis tuis
Quantā tibi de hoc uerbum reuerenciam inferre
afferre deuocōz conferre fiduciam Reuerenciam
pro presencia deuocōz pro beniuolencia fiduciam
pro custodia Caute ambula ubi assint angeli si-
cut eis mandatum est in omnibus uiis tuis In quo-
uis diuersorio et quouis angulo tuo reuerenciam
habe tu ne audeas illo pñte q̄ uidente me non
auderes Et quid retribues deo pro omnibus que re-
tribuit tibi Siquidem ei soli honor et gloria q̄re
ei soli Quia ipse mandauit et omē datum optī͛
nisi ab illo est Verum et si ille mandauit ipis
q̄ qui et ei ex tanta caritate obediunt et nobis
subueniunt in tanta necessitate ingratus esse
non licet Simus ergo deuoti simus gratificantes
custodibus reclamemus eos quantū possumus q̄-
tum debemus hec Bernhardus ¶ Et ideo cum ōi
attencōe et deuocōe discrete et alacriter officium
diuinū exsoluas et in omnibus sꝫ cogitando et
uerba proferendo uidend et audiendo stand et
sedend supplicando et uenias sumendo necnon
in aliis singulis ad interiorem et exteriorem
hominem in hoc officio spectantibus sic ī ueniēt͛
et humilit͛ te habeas q̄si deum et beataꝫ uirginem
ac omnes angelos et sanctos corporalibus ocu-
lis coram te uideas recogitans q̄ sine dubio pñ-
tes sunt angeli sancti in quoꝝ ospcū psallis
deo ibi et ubiqꝫ pñti Unde qualit͛ quis in orōe
possit intencionem suaꝫ recolligere docet Ba-
silius dicens Quomodo non obtinebit quis

Ut in oracione sensus eius non vagetur sed certius sit assistere ante oculos domini. Recogitet ergo homo se stare seu potius iacere ante conspectum dei et secum loqui et iuuabitur a vagacione mentis. Unde Severinus: Recordare quod steterim in conspectu tuo ut loquerer pro eis bonum. Unde Recordare tu ius stare ante conspectum dei hec Basilius. Et quia homines beatis spiritibus sociandi sunt ideirco hinc videndum quod quicumque in ecclesia et maxime in religione deo fideliter et humiliter et deuote insistunt et propter deum infirmis et peregrinis seu pauperibus et sibi inuicem caritate superna subueniunt in primo gradu consistunt angelicis spiritibus coequati. Qui vero ardenter et deuote familiaritati deo intendunt et proximis suam doctrinam consilium auxiliumque impendunt in secundo gradu archangelicis spiritibus inseruntur. Et qui se exercent in paciencia obediencia et voluntaria paupertate et humilitate omnesque virtutes fortiter peragunt tercium gradum cum virtutibus conscendunt. Qui autem viciis et concupiscenciis reluctantes dyabolum cum cunctis suggestionibus contempnunt in quarto gradu cum potestatibus triumphum glorie obtinebunt. Qui vero in ecclesia animarum curas et prelaturas sibi commissas bene regunt et instruunt curarum lucris die noctuque vigilantes et talenta sibi credita summo conamine duplicantes hii cum principatibus in quinto gradu glorie regni pro labore suo possidebunt. Qui autem diuine maiestati reuerenter cum omni humili subieccione se inclinant et propter eius gloriam omnem hominem reuerenter et diligunt et siquidem seipsos quia ad ymaginem dei facti sunt deo eciam quantum possunt se conformant carnem suam spiritui subicientes et mentium mortificantes animo suo dominantes et ad celestia transferentes hii cum dominacionibus in sexto gradu exultabunt. Qui vero sedule meditacioni et contemplacioni insistunt ac cordis munditiam et mentis tranquillitatem amplectendo quietissimum in se deo exhibent habitaculum qui merito paradisus dei appellari dicuntur iuxta illud: delicie mee esse cum filiis hominum de quibus eciam ipse dicit: inambulabo in eis et habitabo cum eis, in septimo gradu thronis sociantur. Qui autem sciencia et cognicione ceteris eminent qui singulari beatitudine deum facie ad faciem mente illustrata conspiciunt et ea que ex ipso fonte omnis sapiencie hauriunt per doctrinam et illuminacionem aliorum in ipsum refundunt in octauo ascensionis gradu cum cherubicis spiritibus locabuntur. Et qui deum toto corde et mente diligunt et igni eterno qui deus est se totos immergunt et quasi simili facti iam non suo sed diuino amore sicut dilecti ab ipso sunt diligunt omnia in deo et tam amicos quam inimicos diligunt propter deum. Quos quidem ab amore nichil potest disiungere seu impedire. Quia quo magis inimici in eos insurgunt eo validius in amore diuino conualescunt. Nichil eciam consolacionis et commodi temporalis requirunt nisi quod ad laudem et honorem dei spectat. Amore eciam tam feruenti accensi et inebriati ad deum [pro mille] paruule mortes transire exemplo apostolorum et sanctorum non formidant omnibusque penis et tribulacionibus spretis propter feruorem dileccionis in carne mortali et vita presenti omnem tollerant gaudenter molestiam. Feliciter quidem in semet ipsis ardencius et alios attendentes ita ut si possent omnes homines in deifico amore flammarent et perfectos facerent ut cum ipsis viderent. Hii eciam aliorum vicia et peccata tamquam propria lugent. Nec que sua sunt querunt sed solius dei patris faciem desiderabilem intuentur semper eciam super omnia diligunt et requirunt. Ipsi merito in nono gradu cum seraphin computabuntur inter quos et deum nulli intersunt spiritus quia ipsum vicinius contemplentur et ipsi immediacius appropinquare videantur.

Domine ihesu christe magister et doctor bone omnia interiora et exteriora mea guberna protege et rege ne unquam aliis de me vel michi de aliis scandalum proueniat sed omnem occasionem scandali tua

gratia a me abscedat penitus et excludat d[e]i ca[n]
mei ut nullum de pusillis seu paruulis p[re]sumam
contempnere s[ed] pocius om[ne]s studeam honorare q[uo]s
tu sic honorare dignatus es q[uod] ad eorum ministeriu[m]
et custodia[m] angelos beatos deputasti et tu ip[s]e
pro eis saluandis de celo in mundum uenire
et mori uoluisti amen.

De tribus parabolis scilicet ouis dragme et filii prodigi Septimum Capitulum

Deinde ne quis scandalizet
et contempnat pusillos et ad
ostendendum quanti sint
pusilli apud patrem subdit tres
parabolas per ordinem. Et s[ecundu]m
lucam duplex fuit occasio siue causa harum trium
parabolarum scilicet appropinquacio publicanorum
et peccatorum ac murmuracio scribarum et
phariseorum. Erant enim appropinquantes ad
illum saluatorem publicani et peccatores qui salute
indigebant ut audirent illum quia eos ab illi[s]
peccati reprehendebat quia non cum austeritate s[ed] be
nigne eos amonebat et spem ueniæ promittebat
libenter debent om[ne]s ad xpm accedere et appro=
pinquare quia omnia remedia in eo poterunt in
uenire de quibus sic dicit ambro. omis anima
accedat ad xpm quia omnia xpc est nobis. Si
vulnera curare desideras medicus est. si febribus
estuas fons est. si grauaris iniquitate iusticia e[st].
si auxilio indiges uirtus est. si mortem times
uita est. si celum desideras uia est. si tenebras
fugis lux est. si cibum queris alimentum est. Et mur=
murabant pharisei simulate sanctitate ab aliis
diuisi et scribe legis noticia doctores populi di=
centes quia hic peccatores recipit et manducat
cum illis. Quasi dicerent hic creditur bonus et
sanctus et tamen ad suam conuersacionem et graciam
recipit peccatores et q[uo]d amplius est mandu
cat cum illis tanquam carnalis. Si cognouissent
scribe et pharisei q[uod] uenit in hunc mundum pec=
catores saluos facere nequaquam murmurassent
Nam eos recipiebat ut conuersando cum eis
a peccatis conuerteret et illuminaret. Xpc ergo pec=
catores penitentes recipiendos esse ostendit et super
hoc tres parabolas adducit. Tria enim sunt que
hominem ad miserendum inducere consueuerunt
scilicet simplicitas propinquitas et necessitas. Ista
tria similiter deum inducunt ad miserendum. Primo
nostra simplicitas et ad hoc pertinet prima para=
bola de oue errante. homo enim est simplex respectu
hostis tam astuti .i. dyaboli. Unde clamat psal.
Erraui sicut ouis que periit require seruum tuum
&c. Secundo nostra propinquitas qua nobiscum
conuiuit et ad hoc pertinet secunda parabola de
dragma amissa in qua est ymago regis et su=
perscripcio nominis sic et homo est ad ymaginem
dei formatus et habet superscripcionem xpi quia a xpo
dicitur xpianus et ideo debet nostri misereri iuxta
illud apli Nemo carnem suam odio habuit &c. ‖
Tercio nostra necessitas et paupertas et ad hoc
pertinet tercia parabola de filio prodigo reuerte[nte]
qui dixit Quanti mercenarii in do. pa. mei
ha. p. ego autem hic fame pereo. Quando enim homo
cognoscit suam miseriam et infirmitatem tunc
deus sibi exhibet pietatem. Unde dicitur ibidem
q[uod] pater uidens eum misericordia motus est super eum. Re=
spondendo ergo scribis et phariseis murmurantibus
subdit dominus primo parabolam centesime ouis
ex centum errantis quam quesitam et tandem in
uentam quia propter infirmitatem ambulare no[n]
potest pastor bonus in humeris suis ad gregem
reliquum reportat et ueniens domum conuocat ami
cos et uicinos ad congratulandum sibi super inuencione
ouis que perierat. Summa itaque huius prime pa=
rabole s[ecundu]m lucam talis est in summa. Si quis
ouem perditam postea inuentam libenter recipit
non debet mirari uel indignari si peccatores re=
cipio ad penitenciam qui prius amissi erant per
culpam uel referendo ad pusillos de quibus dic=
tum est supra talis est huius parabole summa ‖
Sicut non est uoluntas pastoris ut pereat u=
na de ouibus suis sic non est uoluntas patris cele=
stis ut pereat unus nec etiam multi de pusillis
nec etiam de aliis et ergo pusillus non est contemp
nendus. Si autem perit non uoluntate eius
perit quia nec uoluntate approbacionis uel